Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus disputatio - Cod. Ettenheim-Münster 336

[S.l.], [17. Jahrh.]

§ 4

urn:nbn:de:bsz:31-131792

Visual Library

§. 4.

Quæ sit obligatio Parentum ad filios

Conclo 1. Obligaô parentû ad filios cõsistit in verâ dilectione, providentiâ vitæ, educatione et procuraôe salutis. Explicû: Dilectio præter amorē qui omne odiū aversionē rancorem et omnē pravū affectū excludat, juncta esse debet beneficentiâ et omniū injuriarū propulsationē. De quibus supra. Providẽa vitæ ab ipsa conceptione obligat Matres, ne quovis tempore vacent libidini, ne currant, saltẽ, nociva manducent et bibant &c. unde abortus aut infirmitates prolium sequantur &c. patres ne sint crudeles in uxores, illas verberent, percutiant, ad menstruatas aut gravidas accedant &c. et donec ad ætatē robustā pervenerint victū amictū aliaque vitæ necessaria procurent, ac denique quantum possunt providenat, ut etiam in futurum honestē vitæ statū suū vivere valeant. Educaô complectitur doctrinā exemplū et correctionē. Doctrina instruat filios in rebus fidei, mandatorū Dei, sacris Ecclæ ceremoniis, in honestate morū, virtutibus ac iis omnibus quæ in hac societate sunt necessaria. Exemplū opere potius parentum quam voce formet bonos puerorū mores. Correptio denique discreta et prudens emendet omnes filiorū errores et vitia. Procuraô salutis, in qua præcipua consistit vera et solicitudo parentū singulariter obligat parentes, ut quantum possunt provideant prolibus suis de mediis necessariis ad salutē.

Unde S. Aug. lib. 1. de Nupt. et Concupisc. cap. 4.
principalem coniugij finem ponit non tantum in procreandis li-
beris, quam in salvandis. Peccant igitur parentes mortaliter,
qui odio aut pravo affectu filios suos prosequuntur, illis
maledicunt aut improvidentia necessariorum ad vitam edu-
cationem, institutionem, salutem in materia gravi defici-
unt. Unde colliges

1. Non posse à Patre filium exheredari nisi ex iusta
causa, quae etiam in testamento exprimi debet. Quae vero et
quot sint causae iustae consulendi sunt iurisperiti;
maxime cum pro varietate locorum varient.

2. Patrem etiam filio spurio debere alimenta ex
iure Canonico et civili etiam ex fructibus acquisitis ex
beneficijs Ecclesiasticis, si aliunde desint.

3. Incumbere Matri filios et filias alere usque
ad finem tertij anni; post triennium vero pertinere ad
patrem.

4. Per Patrem et Matrem non tantum illigi proprios pa-
rentes, sed etiam consanguineos, coniuges et superiores
quoscumque. Nam fratres et sorores, consanguinei et affines
debent sibi amorem, beneficentiam et honorem iuxta gra-
dus et ordinem Charitatis necessitatis et Legis: Coniuges
affectum et fontem coniugalem, debitum matrimonia-
le, honorem, fidem, alimenta et necessaria vitae. Avi,
Proavi et qui superiores sunt in linea recta sive
transversali, obligantur deficientibus parentibus im-
mediatis curam gerere filiorum minorum et nepotum: hi
è contra ad eorum amorem, honorem, obedientiam et ob-
sequium. Sic pupilli tenentur proportionate ad amorem

obedientiam et honorem erga suos tutores in iis, quae tute-
lam concernunt. tutores e contra eam solicitudinem et cu-
ram pupillorum tum in fide et moribus tum in bonis tem-
poralibus. Eandem obligationem, maximé quoad fidem ab-
solutè gerunt etiam inter patrinos et filios quos susceper-
unt sive de fonte baptismatis, sive de Sacramento con-
firmationis, servi Dominis debent reverentiam, obsequium
fidele, et obedientiam. e contra Domini debent illis amorem, mer-
cedem et beneficentiam. Subditi Regibus, Principibus et
Magistratibus reverentiam, obedientiam, fidelitatem
et iusta tributa. illi vero suis subditis conserva-
tionem, pacem et benevolentiam seu etiam beneficentiam.
Sacerdotibus curam animarum habentibus debent filii spirituales a-
morem, reverentiam, obedientiam in iis, quae curam illam
spectant ac subsidium necessarium. illi vero filiis suis cu-
ram, doctrinam et exemplum. Senioribus denique tan-
quam Patribus ob senectutem tenemur exhibere ho-
norem et reverentiam, iuxta illud Levit. 19. v. 32.
Coram cano capite consurge et honora personam
senis. Et 1. ad Timoth. 5. v. 1. Seniorem ne incre-
paveris, sed obsecra ut patrem. Et haec de prae-
cepto 4to sint dicta.

Sectio 5ta

Praeceptum Decalogi quintum
Non Occides.

Prohibet hoc praeceptum quodcunque nocumentum corpora-